



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De his quæ spectant ad officium Romani Imperatoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

vtiq; pro illis ipsi semper Deo supplicent. Nā
si hoc quidem inculpabile sit vndiq; & apud
Deum fiducia plenum: Imperium autē rectē
& competenter exoriet traditā sibi rempub-
licam, erit consonantia quādam bona, omne
quicquid vtile est humano conferens generi.

Imperator es-
se debet soli-
citus circa ve-
ra Dei dog-
mata.

MAXIMAM IGITUR HABEAT SOLLI-
CITVDINEM IMPERATOR CIRCA
VERA DEI DOGMATA, ET SACER-
DOTVM HONESTATEM, QVAM IP-
SIS OBTINENTIBVS, IMPERIO, VT
CREDENDVM MAXIMA DONA DA-
BVTVR A DEO, ET EA QVÆ FI-
VNT, FIRMA HABEBIT, ET QVÆ
NONDVM VENERVNT, ACQVIRET.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE NON
alienand. aut permut. reb. Eccles. &c. §. finimus
igitur Imperio &c.

Nec multum differant ab alterutro, sacer-
dotium & imperium, & res sacræ à com-
munibus & publicis: quando omnis sanctis-
simis Ecclesijs abundantia, & status ex impe-
riali munificentia perpetuo præbeatur.

Ecclesiæ ex
imperiali li-
beralitate a-
bundare de-
bent.

DE HIS QVÆ SPE- CTANT AD OFFICIVM ROM. IMPERATORIS.

IUSTINIAN. IMP. IN PROEM,
Instit. in princ.

Imperatoriam maiestatem nō solum armis
decoratam, sed etiam legibus oportet esse
armatum, Imperator le-
gib⁹ & armis

pariter munitus esse debet.

armatum, ut utrumque tempus, & bellorum & pacis recte possit gubernari, & Princeps Romanus non solum in hostilibus praelijs victor existat, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat tam iuris religiosissimus quam victis hostibus triumphator magnificus.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE
monach. & ascetr. coll. 10.

Imperator debet esse sagax.

Nihil non peruium ad inquisitionem maiestati existit Imperatoria: qua communem in omnes homines moderationem, & Principatum à Deo percepit.

IVSTINIAN. IMP. IN L. 1. C.
de vet. iur. enuclean.

Imperatorem non debere confidentem esse.

Imperator animum suum ad Dei omnipotentis adiutorium ita erigere debet, ut neque armis confidat, neque suis militibus, neque bellorum Ducibus, vel suo ingenio: sed omnem spem ad solam providentiam summæ Trinitatis referre.

IVSTINIAN. IMP. IN L. 2. §. SED
quia diuina. C. dist. tit.

Imperator omnia noua moderari debet.

Ideò imperialem fortunam rebus humanis Deus proposuit, ut possit omnia quæ nouiter contingunt & emendare, & componere, & modis ac regulis competentibus tradere &c.

IVSTINIAN. IMP. IN L. VN. C.
de cad. tollen. in fin.

Imperator magis reipub. quam propriæ

Princes priuilegium suum exercere non debet, sed quod communiter omnibus prodest,

dest, hoc priuata suæ utilitati præferet, suumq; esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimabit.

prærogatiuæ rationem habere debet.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE MONACH. & ASCET. in fin. collat. 10.

Princeps nihil diuinarum rerum, & quæ custodiri iustum est negligat, sed per omnia studeat, ut communis reipublicæ status ex magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi erga homines amore fructum afferat.

Imperator reipub. cōseruationi in primis studere debet.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE RELEVAT. tribut. in prin. coll. 10.

Princeps magno affectare debet studio, ut vndique tam bonis actionibus conspicuus sit, quò magis, si vilem se præbeat subditis, ex virtute & gloria remunerationem capiat.

Imperator omni genere virtutum conspicuus esse debet.

IVSTINIAN. IMP. IN L. IMPERIALIS. C. de nupt.

Imperialis beneuolentiæ proprium hoc esse iudicamus, ut omni tempore subiectorum commoda tam inuestigare, quàm eis mederi procuret.

Imperat. subditorum commoda iugiter procurare debet.

THEODOSIVS ET VALENTINIANVS

Imp. A. A. in l. præcipimus. C. de appellat. & c.

Principum occupationibus aliena defraudari commoda non debent.

Imperatoris negocia alijs nocere non debent.

IVSTINIAN. IMP. IN L. FIN. §. SI TAMEN. C. de tempor. & reparat. appellat.

Iniquum est propter occupationes Principis causas hominum deperire.

IVSTINIAN. IMP. AVTH. DE HÆRED. & Falc. arg. proem.

E

Com-

Imperatoris
cogitatio cir-
ca pub. bonū
versari debet.

Communis reipublicę cura occupat Princē-
pem ad cogitandum pro republica & sub-
iectorum utilitate.

IDEM IVSTINIAN. IN AVTH. VT IVD.
sine quoq; supra. &c. in proem. in prin. coll. 2.

Princeps pro
subditis uti-
liter vigilare
debet.

Princes non in vano debet vigilias ducere,
sed ita expendere sua consilia, vt subiecti
sub omni quiete consistant.

IDEM IN PRIN. AVTH. VT DIVI-
næ iussio. &c. collat. 4.

Principis la-
bor sit quies
publica.

Princes vltro laborare debet, vt quietem
subditis paret, &c.

FRIDERICVS PRIMVS, IMP. IN TIT.
de prohib. feud. alienat. in prin.

Principis cu-
ra pro regni
conseruatio-
ne.

Imperialem decet solertiā ita reipublicę cu-
ram gerere, & subiectorum incommoda in-
uestigare, vt regni utilitas incorrupta persistat,
& singulorum status iugiter seruetur illæsus.

IMPERATOREM
CIRCA PUB. EXACTIONES
*non immodicum, sed ad Præfectorum, seu officia-
lium suorum vitam & administratio-
nem intuendam occulatum
esse debere.*

IVSTINIAN. IMP. IN FIN. AVTH.
De Prouinc. Præsid. coll. 10.

Princeps sub-
ditorū opu-
lentiam ma-
gis quā pro-
prijs redditus
curare debet.

Pluris à nobis fit subditorum opulentia &
medela, quā redditus, qui exindè inferun-
tur Imperio. Contrahimus enim vnà cum lar-
gitionibus Præsidum in arcum ipsa etiā suf-
fragia,